UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Emigidio episcopo [et] martyre. Cap[itulum]. xxiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

frater ordinis in ſede poſita reſidebat: quem ie
ſus ⁊ mater ſurſum cum ſcalis trahebant: do-
nec ipſum in celū eleuato apertura celi clauſa
eſt. Qui diem et horam notans veniens bono-
niam inuenit ſanctum eodē tempore a corpore
migraſſe. Eadē hora frater rhao poſitus apud
tybum cum miſſam celebraret: ⁊ in canone pa-
trem dominicū more ſolito commendare vellet
in extaſi raptus vidit ſanctum dominicum co-
rona aurea ⁊ immenſo lumine adornatum: duo
bus reuerendis viris comitatum extra bono-
niam procedentem: qui diem ⁊ horam ſimiliter
notauit: tuncꝗ virum dei in pace quieuiſſe co-
gnouit. ¶ Cum aūt corpus eius ſub terra mul
to tempore iacuiſſet: miraculis creſcentibus ⁊
fama a fratribus in eminentiorē locum tranſla
tum eſt: quod tam mira fragrantia redolebat:
vt totam quaſi ciuitatem repleret: et cuncto-
rum aromatum odorem ſuperaret: que tranſla
tio facta eſt. ix. kal'. iunij. Quieſcitꝗ ibidē ſan
ctum corpus inſignibus miraculis pollens.

¶ De ſancto Oſualdo rege ⁊ mar. Cap. xxiij.

Oſualdus rex ber-
niciorum ⁊ martyr: vt ſcribit be
da. iij. libro. i. cap. ſucceſſit fra-
tri ſuo eanfrido: q̇ fuerat chri-
ſtianꝰ ſed apoſtatas a rege bri-
tonum ceduualdo in bello fuerat
interfectus. Poſt cuius occiſionem oſualdus
cum paruo exercitu fide chriſti munitus ſuper
uenit: et ſuos in chriſti nomine exhortans cru-
cem ligneam terre affixit: ⁊ ante ipſam cum ex
ercitu procidentes: ⁊ chriſtum in ſui adiutoriū
inuocantes de hoſtibus viriliter triumpharūt.
In teſtimonium ergo miraculi et ſanctitatis
oſualdi: de ipa cruce lignea fruſtra cōcedūtur:
⁊ in aquam mittuntur: cuius aque potus ſani-
tatem cuiuſcunꝗ egritudinis preſtat homini-
bus ac iumētis. ¶ Oſualdus igitur percepta
victoria regnoꝗ ſuſcepto in fide chriſti anima
tus ad gentem ſcotorum inſule miſit: in qua du
dum fuerat delegatus: vt ſibi catholicuz aliquē
epiſcopum mitterēt qui gentē ſuā fide xp̄iana
imbuerent. Miſſuſꝗ eſt ep̄us adrianus cuius
predicatiōe regiſꝗ fauore atꝗ ſuaſu gens ber
niciorꝫ xp̄i fidē ſuſcepit. Rex eīn ep̄o linguam
ignorāti ſemper aſtitit: eiuſꝗ interpres ad po-
pulū fuit. Tunc cepit rex eccleſias conſtruere:
⁊ pauperibus largiflue miniſtrare. ¶ Quodaȝ
die paſche poſita menſa ⁊ diſco argenteo cū re
galibus vaſis: nunciatum eſt ei infinitam pau-
perum multitudinem pre foribus aſſiſtere ele-
moſynas poſtulantes: qui nedum omnes eſcas
ad prandium paratas eis largiri fecit: verum
etiam diſcum argenteū cum vaſis omnibus per
fruſtra cōciſa eiſdē ipartiri mādauit. Quo pie-
tatis opere viſo ep̄s manū vtrāꝗ tangēs dixit.
Nunꝗ putreſcāt he manus: qđ ⁊ euenit: nā ⁊ re
ge interfecto: vt dicet: manus cū brachijs a ce-
tero corpore preciſe vſꝗ in preſens incorrupte
permanēt. Hic rex ſanctus inter berbenorū et
doricorꝫ ꝓuincias dudū abinuicē diſcordes pa
cem ꝓcurauit: ⁊ ad finē optatū ꝑduxit. Totūꝗ
regnū britānie p̄mus acquiſiuit ⁊ obtinuit: cu-
ius partem ſolūmodo eius deceſſores poſſide-
rāt: ip̄m aūt felici regimīe gubernauit. Poſtꝗ̄
autē nouē annis regnaſſet cōtra paganorꝫ exer
citum: gentileꝗ̄ regem merciorꝫ pro fide dimi-
cans ac regni ſalute in bello martyr occiſus eſt
anno etatis ſue. xxxviij. non̄. aug. In quo loco
oīs quorūcūꝗ lāguentiū hoīm vel animalium
egritudines ſanant̄. Puluis quoꝗ de loco vbi
interfectus fuerat aſſumptus quocūꝗ delatꝰ:
⁊ in potum languētibus datus: eandē obtinet
gratiaȝ ſanitatū. Sepultuſꝗ eſt in ciuitate re-
gia nomine beba miraculis inſignis. Manus
autem cum brachijs per ſe in vaſe argenteo po
ſite omnino incorrupte ſeruantur.

¶ De ſancto Emigdio epiſcopo ⁊
martyre. Cap. xxiiij.

Emigdius
epiſcopus de ꝓ-
uincia frācie au
ſtrali: que dr̄ ger
mania: cuȝ eſſet
adhuc p̄ſbyter inde egreſſus
eſt cū duodecim fratribꝰ ſuis
tribuſꝗ diſcipulis: ſcȝ euplo
germanio ⁊ valētino tempore
quo rex polymnius gētilis in
ciuitate eſculana xp̄ianos ꝑſequebat̄: venitꝗ
romā multa miracula faciēdo. Quod audiens
cecus quidā aſſumpto ductore venit eū requi-
rēdo vt ab ip̄o illuminaret̄: cui in via adiūctus
eſt miles habens filiā fluxū ſanguinis q̇nquen
nio patientē: qui cū ſanctū emigdiū īueniſſent
cecū quidē preſentē illuminauit: filiā xo mili-
tis abſentē dū pro illa oraſſet: a profluuio libe-
rauit: ipſoſꝗ oēs cū centūquinq̄ginta hoībus
ꝓmiſcui ſexus baptizauit. Sed poſtꝗ̄ idolum
aſclepij ſigno crucis cōminuit: ſacerdotē eius
cōuertit cū. M. xxx. viris ⁊ alijs paruulis ⁊ mu
lieribus multis. Quod audiēs vrbis prefectus
querebat emigdiū occidendū: veniēs quoꝗ ad
marcellū papā ab eodē ep̄us eſculan̄. ciuitatis
ordinat̄: ⁊ ad p̄dicandū illuc deſtinat̄. Ip̄e aūt
miracula multa oſtendēs venit eſculum: ſecutꝰ
a multitudine fideliū: in cuius ingreſſu demo-
nes ſe incendi clamabāt. Quapropter ad eum
venientes egri numero. cl. q̇ ab eorꝫ dījs curari
nō poterāt: ꝑcepto ab eo ſacro baptiſmate oēs
a diuerſis lāguoribus ſanati ſunt: vnde ⁊ ꝓpter
hec miracula ppl'i tēpla. xij. euerterūt: idolaꝗ
igni tradiderūt: verū cū ſanctus orōnē ad deū
fudiſſet: mox fctō terremotu cetera phana ido
lorꝫ numero. xxij. ſubito corruerunt: multiꝗ ad

chriſtum viſis tot miraculis conuerſi ſunt: ⁊ in ipſo oppido tres eccleſias conſtruxerunt. Cum autem a rege quereretur perſecutionem fugiens ad vrbem picenam venit ſuſceptus a matrona xp̄iana: vbi demerſo in fluuiũ ſimulacro phanoq; oratione deſtructo multos ad xp̄m cõuertit. ¶ Tandẽ rex polymnius ipſm detinuit: ⁊ hortabatur vt dijs immolaret: ꝓmittens ei ſe filiam ſuam in coniugem daturum. Quãq; ei tradidit vt ipſm ad ſacrificia ꝓuocaret. Emigdius v̄o puellam ſe tentantẽ ad xp̄m ſua predicatione conuertit: aquamq; de ſaxo producens ipſam continuo baptizauit. Alios quoq; plures quos ad diuerſis primũ languoribꝰ ſanos effecerat: eadẽ vnda perfudit. Quod rex audiens ipſm in eodem loco iuxta flumen rheonthi decollari precepit. Sed anteq̄ decollaref dicitur oraſſe: vt in ciuitate eſculo nullus aliquando eſſet leproſus vel demoniacus: ⁊ ꝙ nullus exercitꝰ ipſam vrbẽ vltra .ix. dies obſidere poſſet aut ibi pſeuerare. Decollatus quoq; caput ſuũ in byrrho ſuſcepit: ⁊ trecentis paſſibus perambulauit vſq; ad montẽ cenobitarum: qui mons ſe mirabiliter aperuit: ⁊ corpus cum capite intra ſe recepit ſeq; continuo recluſit: vbi vſq; in preſens quieſcit. Sanguis autem ipſius a chriſtiana quadaz collectus: eſculi reſeruatur in eccleſia ſua. Qui paſſus eſt non̄. auguſti.

¶ De ſancto Menio epiſcopo et confeſſore. Cap. xxv.

Menius catalaneñ. ep̄us nobilis romanus a ſancto petro apoſtolo in ep̄m conſecratus: cuz ſancto Dionyſio et alijs ep̄is ad gallias predicationis gr̄a directus eſt: adiuncto ipſo ſubdiacono maximiano. Sed cũ xviij. miliario ab vrbe elongati forent: ſubdiaconus mortuus eſt. Menius v̄o ad petrum redijt: ⁊ ſocium defunctũ nunciauit. Accepta quoq; ab apoſtolo de fimbria veſtimenti eius particula: reuerſus cadauer adhuc inhumatum tetigit: ⁊ continuo mortuus reſurrexit. Alia quoq; ſigna plurima per illos dñs oſtendit. Cuz autẽ ad vrbem catalaneñ. veniſſet: ⁊ populũ ad conuertendum durum reperiſſet: miliario vno a ciuitate in loco deſerto cepit in ſpelunca contẽplationi vacare: multiſq; inibi miraculis clareſcere. Nam pueruz nobilẽ qui cadens in fluuiolo qui nauta dicitur ⁊ iuxta ciuitatẽ labitur necatus fuerat: ſuſcitauit: multoſq; viſo mirabili ſigno ad xp̄m conuertit. Sicq; a populo cum honore ad ciuitatẽ ducitur ⁊ in epiſcopum ſublimaf. In ipſo quoq; vrbis ingreſſu tres leproſos mundauit ⁊ totidem cecos illuminauit: demonem quoq; ab obſeſſo quodam eiecit. Gregẽ autem dñicũ verbis ⁊ exẽplis refouens annis lxxx. ſedem ſuã feliciter gubernauit. Et confectus ſenio in pace quieuit non̄. auguſti.

¶ De ſancto Juſto ep̄o. Cap. xxvi.

Juſtus epiſcopus lugduñ. fuit. Qui cum epiſcopatu relicto aliquot annis in heremo angelicã vitã egiſſet: ibidẽ ſancto fine migrauit ad dñm. Cuius ſanctum corpus lugdunẽſes ciues ſolicite reqſitum: ac in heremo vaſtiſſima repertũ a remotis terre partibꝰ ad ſuã ciuitatẽ tulerũt: ⁊ ibidẽ in eccl'ia ſui ſacerdotij honorifice condiderunt non̄. auguſti.

¶ De ſancto Caſſiano ep̄o. Cap. xxvij.

Caſſianus epiſcopꝰ ex alexandrinorũ nobili genere ortus a ſancto zenone eiꝰ vrbis epiſcopo diuinis lr̄is eruditus eſt. Qui oĩa pro xp̄o relinquens in horteñ. ciuitate eccleſiam cõſtruxit. Ibiq; degẽs ſub iouiniano imperatore xp̄ianiſſimo a populo ep̄s cõſtitutus eſt. Et cũ ipſam ſedem dudum in ſanctitate gubernaſſet: peregrinatiõis gratia inde diſceſſit: ⁊ per mare maſſiliam nauigauit. Indeq; auguſtuñ venit: ⁊ ſctõ ſimplicio ep̄o triennio adheſit. Quo defuncto oĩs clerus ⁊ populus caſſianũ ſibi in ep̄m conſtituit. Qui vita ⁊ miraculis clarẽs anno .xx. ſui epiſcopatus in pace quieuit non̄. auguſti. ¶ De hoc frater Vincẽtius ait: ꝙ dũ ſanctus germanus antiſiodoreñ. ep̄s de britannia rediẽs ad tumulũ huius oraret. Interrogauit caſſianũ quõ ſe haberet. Qui ſtatim ex tumulo cunctis audiẽtibus reſpondit: ſe perfrui dulci quiete: ⁊ ſcõm ſaluatoris aduentum expectare. cuius ſe germanus orationibus commendauit: et vt in ipſo ſecũdo aduentu partem ſecum habere mereref: humiliter ſupplicauit.

¶ De ſancta Aphra martyre. Cap. xxviij.

Aphra martyr apud cretaz in ciuitate auguſtana martyriũ paſſa eſt. Hec cũ eſſet pagana et meretrix matrem hilariã de lenocinio vitam exigẽtẽ habebat. Ipſa v̄o cũ tribus ancillis ſuis: videlicz digna: eumenia: ⁊ europia ſe cũctis petentibus ꝓſtituebat. Sed per p̄dicationẽ narciſci hieroſolymoꝝ ep̄i ad xp̄m cõuerſa ⁊ cum omni domo ⁊ matre baptizata: atq; a peccato reuocata eſt. Que a iudice cõprehenſa cuz ſacrificare nollet: ſed diceret ſufficere ſibi pctã ſua; q̄bus